

## Quartus Phisicorum

et solum mouet cu eo deferendo ipsum locatum sicut vires ea que in ipsis continetur et per hoc differebant a prima opinione.

**C**ertia est opinio pitagoriorum non naturaliter loquentium qui dicebant extra celum esse magnum spaciun et infinitum et credebant illud esse animal quod per suam respirationem causabat in istis inferioribus distinctionem que non potest fieri per plenum per quod res magis continuant ideo dicebant et distinctio rerum sit per interpositionem eiusdem vacui.

**C**onclusio ad philosophum pertinet determinare de vacuo probat quia ad ipsum pertinet determinare de loco ergo et de vacuo quod per similes rationes quod crediderunt utrumque esse.

**C**onclusio secunda nullum est vacuum hoc quidam antiquorum voluerunt probare ostendendo quod aer aliquid sit et per consequens plenum aere non est vacuum sed hec ratio non est universalis quia non sequitur plenum aere non est vacuum ergo vacuum non est. Assumptum autem probant dupliciter quod utrums pleni aere sustinent magnum pondus ergo aer est aliquid et fortis. Secundo de clepsedra repleta aqua cui si superius foramen obstruatur non cadet aqua per foramina inferiora et hoc quod secundum eos aer interior existens sustinebat aquam ergo aer est aliquid. **S**anctus Thomas dicit in libro de natura et ratione animalium 9. quod clepsedra est vas quod furat aquam quo irrigant oratus et dicens quod quando aqua intrat tale vas simul intrat aer. **E**t nota quod aer parum sensibilis est sentit tamen a tactu tempore hibernali per suam frigiditatem et a visu per lumen existens in eo subiectum eum sentit per accidentem sibi inherens secundum signum anaxagore non videtur verum quod remouendo digitum a foramine superiore tunc aqua exire ergo aer sustentans non impediebat exitum aque. Item antiqui male diffinierunt vacuum dixerunt enim vacuum esse in quo nullum est corpus et eo quod vacuum est in quo nichil est et secundum eos omne ens est corpus et quia credebant omne corpus esse graue vel leue diffinierunt vacuum esse in quo non est graue vel leue. Sed contra tunc punctum esset vacuum quia in puncto non est graue vel leue ideo aliter diffinierunt vacuum est locus non repletus corpore aptus natus tamen repleri. Querit philosophus utrum si in aliquo spacio sit color vel sonus dicendum sit vacuum respondet quod si sit susceptivum corporis tangibilis tunc est vacuum alias non. Hale ergo dicitur quod vacuum est in quo nihil est quia dato aliquo spacio sine dimensione vel quantitate in qua sit color et in qua potest contineri corpus tunc tale spacio est vacuum licet aliquid in eo sit. **T**unc probat conclusio quod omnis locus est repletus corpore est enim terminus corporis continetis ergo nullum est vacuum.

**I**tem videmus quod natura fugit vacuum unde gravia ascendunt ne sit vacuum in universalis.

**C**ertia conclusio non est ponendum vacuum corporibus imbibitur ut dicebat democritus quod secundum eos ideo ponit ut sit causa motus quod vacuum est causa raritatis et levitatis secundum eos ergo vacuum non est causa motus deorsum ipsorum gravium.

**I**tem vacuum est intrinsecum corpori ergo mouetur cum corpore ergo est in alio loco cum ergo vacuum sit locus sequitur quod locutus est locus. Item si vacuum est causa motus ergo ipsum invenit vacuum deberet velocissime moueri quod tamen est falsum.

**I**tem si vacuum esset locus simul existens cum ipso locato sequeretur et plures dimensiones possent

esse simul scilicet dimensiones ipsius vacui et corporis continenti et per ratione omnes dimensiones possent esse simul quod est falsum quod secundum **S**anctum **T**homas dicit in libro de natura et ratione animalium 13. non potest imaginari quod hec linea sit alia a linea sibi equali nisi in quantum imaginatur utramque esse in alio et in alio situ.

**C**onclusio quarta diuina potentia posset esse vacuum quod deus posset anihilare omnia elementa et tunc videatur quod inter celum et terram esset vacuum et **S**anctus **T**homas dicit in vacuo posse fieri motum hoc autem non esset verum si implicaret vacuum esse. Item vel vacuum capitur pro dimensionibus siue pro quantitate non continente aliquid corporis et clarum est quod deus potest facere dimensiones separatas vel non capitur pro dimensione contenta a loco sed potius pro ipso loco qui dicit superficiem cum respectu ad primum continentem et hoc totum potest deus conservare delecto locato sed nunquam locus sacramenti eucharistie est vacuum sic dicit **S**anctus **T**homas tertia parte quod non est quia repletur speciebus. q. 76. ar. 5. 2.

**C**ontra hec arguit per rationes antiquorum. **P**rimo videntur enim partes eorum que coegerunt continentem in unum et sic una pars subintrat aliam ergo in alia sunt quedam vacuitates. Antecedens declarat quod vas tantum continet de vino cum utribus cunctum sine eis. Item illud quod mouetur localiter vel recipitur in pleno vel in vacuum non primum quia tunc duo corpora essent simul.

**S**econdo argumentatio fit per receptionem alicuius corporis illa autem pars non potest recipi in pleno ergo in vacuum ergo habetur intentum.

**I**tem vas plenum cinere vel farina tantum recipit de aqua cunctum si non essent cineres quod non fieret nisi essent aliqua vacuitates inter partes cinerum igitur. Item vel in rarefactione una pars semper cedit alteri et tunc rarefacta una parte oportet totum aerem usque ad celum moueri vel una pars subintrat aliam et tunc oportet quod in ea sit quedam vacuitas.

**C**ertio arguit quidam ponendo quod duo corpora plana se tangant et separantur tunc aer subintrat prius perueniet ad extrema quod ad media illorum ergo in illo prior erit vacuum in medio.

Item volo quod tota inferior pars doliter auferatur tunc manifestus est quod unum inferius exhibet et sic descendens ergo in parte superiori dabatur vacuum quod pono quod superius nullus aer possit subintrare.

**Q**uarto ponatur os follis in foramine aliquius vas sic quod occupet totum illud foramen et non sit aliud in ipso vase et elevent latera follis tunc aer existens in illo vase ingreditur follis ergo vas remanet vacuum.

Item impletum vas fortissimum aqua calida et obstruatur et postea cogolef illa tunc manifestum est quod minus locum occupabit quod condensatur per frigiditatem ergo in aliqua parte manebit vacuum.

**Q**uinto locus est causa motus naturalis sed non est causa in quantum plenus est quia ut sit impedit receptionem alterius corporis quod ad ipsum naturaliter mouetur ergo est locus in quantum est vacuum.

Item materia est locus forme vel causa mutationis ad formam ratione priuationis et carentie ergo vacuum quod dicit priuationem est causa motus ergo vacuum est.

**S**exto bene sequitur vacuum est locus non repletus corpore ergo vacuum est a propositione de est tertio adiacente ad propositionem de secundo vel a punctis